

1807 *Maniago libero apud heredes Orlandi Listuzzi.*

'In Venetis, ut tradit Plinius [h. n. 3, 19, 131], Utina et Celina interiere. — — Apud Celinam, a qua et torrens Celina, ubi Maniacum est, et multa in hanc diem extant antiquitatum vestigia, inter caetera obesum marmor inscriptum' CANDIDUS. In villa Maniaci prope flumen Cilinae BELL. RAMB. CAPOD. In Foro Iuliensi regione apud Celinam TACUIN. Fréjus prope Massilium LIGOR., qui Fora Iulia duo confudit. Ad Troiam Ciliae haud procul a Nauperto prope Savum LAZ. 688. — Prope Goriciam (quae Lazio est Norcia s. Noreia antiqua) LAZ. 1218. *Hoggidi ancora si conserva in Goritia sopra il portone della piazza del mercato, chiamato volgarmente il Traumich DELLA CROCE.*

C-EGNATIVS · T · F
rota VEITOR
VIVS · F
SIBI · ET · SVIS

c. hostilius et l. egnatius ueitor | quintaedecimae legionis tribuni | pro s. p. q. r. cum barbaris dimicantes | pariter occisi heic pariter iacent | singulare posteris exemplum | et charitatis et fortitudinis | celinenses xxl dies atrati luxerunt

Candidus comm. Aquil. 1521 f. 4; Bellonus n. 93 (idem in vitis patr. Aquil. Mur. SS. R. I. XVI p. 36 addit se puero haec epitaphia inventa esse); Sanutus f. 45' n. 108; Vat. 5250 f. 52 n. 78; Rambertus n. 80; Capodaglio II (in altero exemplo deest); Tacuinus 1525 f. 76, ex quo sumpsit Ligorius ms. Taur. 8; Valerianus († 1558) antiq. Bell. p. 72 (inde, nempe ex schedis episcopi Bellunensis Aloisii Lolini, cod. Ambros. D. 199 f. 12' et Grut. 544, 4); Lazius r. r. p. 688; Henr. Palladius (1659) p. 49 (inde Mur. 1807, 7). Damnavit Bertoli p. 175 n. 184. Immutatum typum protulit Lazius r. r. p. 1218, a quo pendent Grut. 544, 5, della Croce Trieste p. 325, Mainati 1, 1 p. 304.

Adscripti variam lectionem Belloni Sanuti Ramberti Vat. 5250; posteriores enim cum aut a Candido aut ab horum aliquo pendere constet, Aquileiensis syllogae auctorem et ipsum pendere a Candido edito probabile quidem est (cf. p. 79), sed non plane certum. Typum dedi Candidi. — PLOTONI ET PROSERPINAE (v. n. 1808) hue refert San. — 1 c-HOSTILIVS om. Vat. 5250. — p. pro l. Bell. San. Ramb. Vat. 5250. — VICTOR Bell. Ramb. (non San. Vat. 5250). — 2 QVINTADECIMAE Bell. San. Ramb. — 3 S-T-Q-R Ramb. — 4 IACEMVS Vat. 5250. — 6 CARITATIS Bell. San. Ramb. Vat. 5250. — 7 CILINENSES Ramb. San., CILINENSIS Vat. 5250. — ATTRATI Bell. — LVXERVNT Bell., LVCSERVNT Ramb. San., om. Vat. 5250. — Praeterea Lazius in altero typo, quem Goriciae tribuit, pro CELINENSES substituit NOREENSES.

Cortenovis ms. p. 82 qui vidit. Ex hoc titulo quamvis adhuc inedito confictum esse saeculo XVI incipiente titulum eum, quem iuxta collocavimus, in schedis adnotavit Marinius.

1808 Altini COD. PARM., quae indicatio cum falsa sit (v. n. 1767), rettulimus ad Maniagum, ubi posuit CANDIDUS.

C · VIRGINIO · C · F · PVLCRHO
QVI · VIXIT · ANN · X · MENS · II · D · VI
C · VIRGINIVS · C · F · MARCELLINVS
ET · LOLIA · L · F · PRISCA
5 PARENTES · INFELICISSIMI
FILIOLO · SVAVISSIMO
ET · INCOMPARABILI · POSVER

Cod. Parmensis Kiriaci f. 56. Edidit ipsam quod sciam nemo; sed protulerunt pluri qualem fecit Candidus, quem typum adscriptimus.

In Celinae ruderibus CAND. *Trovato in Maniaco presso il fiume della Cilina RAMB. BELL. SAN.* Prope Goriciam, quae Lazio est Noreia antiqua LAZ. Fori Iulii in Transpadana LIG.

c. uerginio suauissimo filiolo | rarae pulchritudinis et lepiditatis adolescentulo | ab aquileianis militibus praesso de ponte lapsi | colliso atq. miserabiliter extincto | c. uerginius legatus l. posthumii dictatoris | et lolia l. filia dilectiss. coniux | infelicissimi parentes posuere | plotoni et proserpinae

Candidus comm. Aquil. (1521) f. 4; Bellonus n. 92; Sanutus f. 45' n. 107; Vat. 5250 f. 52 n. 77; Rambertus n. 79; Capodaglio II (in altero exemplo deest); Tacuinus 1525 f. 76; Ligorius ms. Taur. 8 (inde Gud. 374, 5); Lazius r. r. p. 1218 (inde Reines. 12, 100); Henr. Palladius p. 49. Damnaverunt Reines. l. c. et Bertoli p. 176 n. 186.

Typum dedi Candidi, nisi quod v. 8 ei deest. Praeterea in his variant antiqua exempla: 1 VIRGINEO Bell. m. 1. San., VIRGINIO Bell. m. 2. Ramb. — 2 ADVLESCENTVLO Bell. San. Vat. 5250 Lig. — 3 AQVILLIANIS Bell., AQVILIANIS San. Vat. 5250, AQVILIENSIS Lig. — EQVITIBVS Bell. San. — PON. Ramb. San. — 4 ATQVE Bell. Ramb. San. — EXTINTO Bell. — 5 VIRGINEVS Ramb. San. Vat. 5250, VIRGINIVS Bell. — LEGATVS om. Bell. m. 1. — POSTVMIV · DICTATORIS Lig., POSTVMII DICT. Bell. Ramb. San. Vat. 5250. — 6 LOLIA Ramb. — DILECTISSIMA Vat. 5250, DILICATISS Lig. — CONIVNX Ramb. Bell. San. — 7 INFELICISS Ramb. San., INFOELICISS Bell. Vat. 5250 hic finiens. — 8 om. Lig., ad titulum C. Hostilii refert Sanutus.

XVIII. GLEMONA? (*Gemonia*).

Acc. *Moggio et Resiutta.*

Auctores praecipui et proprii sunt in Gemonensibus titulis Ioh. Iosephus LIRUTI (*notizie di Gemonia* Ven. 1771. 4. pp. 141 et *notizie delle cose del Friuli* voll. 5. 8. Utini 1776. 1777); Marcus Seb. GIAMPICCOLI (*notizie ist. e geogr. di Gemonia* Ven. 1787. 8. pp. 46); Barozzi (*Gemonia e il suo distretto* Ven. 1859. 8. pp. 102); in Osopensibus Fontaninius in libro de S. Columba citato supra p. 80.

Silent auctores vere antiqui qui extant tam de Gemonia quam de oppidis vicinis Artegna et Osopo. Via Aquileia Virunum, cuius stationes in itineraria relatas supra p. 167 posuimus, non potuit non transire per hanc regionem; at mensurae utriusque itinerarii cum nequaquam expleant quod inter Aquileiam et Virunum vere intercedit intervallum, hiatum non habemus quomodo expleamus. Stationum ibi relatarum *ad Silanos* — *Lacire* — *Santico* — *Tasinemeti* — *Saloca* tres postremas Norici finibus comprehendendi constat, cum Sianticum Ptolemaeus habeat inter oppida Norica; *ad Silanos* mansionem nihil obstat quominus collocemus a Tricesimo quinto lapide non longe ab Artegna; *Lacire* sive *Larice* plerique neque impro-

babiliter referunt ad summam Alpem huius viae, id est ad vicum Saifnitz in Carinthia. Ad eandem viam, non ad alteram licet breviorem per Montem Crucis et Iulium Carnicum videtur respicere Venantius Fortunatus in vitae S. Martini l. IV (p. 471; cf. Paulus Diac. 2, 13), iter enarrans ex Raetia in Italiam et post Aguontum sic pergens: *hinc pete rapte vias, ubi Iulia tenditur Alpis . . . inde Foro Iuli de nomine principis exi per rupes, Osope, tuas, qua lambit undis et superinstat aquis Reunia Tiliamenti.* Praeterea Paulus Diaconus in historia Longobardica 4, 38 tam Osopum nominat quam Arteniam et Glemonam sive Glemoniam; sic enim nomen format videnturque formasse etiam Romani. Nam tituli, maxime n. 1812, docuerunt Glemonam iam Romana aetate rem publicam habuisse; nomen qui adhuc innotuerunt non enuntiant. — Addidimus Gemonensibus titulos duos repertos in valle q. d. *Canale di Ferro*, per quam ascenditur ad Alpium iugum, ad vicos Moggio *di sopra* et Resiuttam; prope ipsam summam Alpem repertos ad Pontebam Saifnitz Tarvis magis placuit referre inter Noricos (vol. III p. 589).